

XI.

Iure etenim optimo Deus Creator & Redemptor, eum Esa. 42. v. 8.
 creaturis cultum & honorem derogat, sibiq; soli vendicat; cu- Esa. 48. v. 11.
 ius socium se agnoscere profitetur neminem; quemque soli
 ipsi deberi, & ipsa sacra Scriptura, & inde extracta inuocatio-
 nis seu adorationis dignitas summa euidentissimè ostendit.

XII.

Nam quem quis inuocat; in eo (nisi in vanum orare ve-
 lit) diuinissimam illam Omnipræsentiæ, Omniscientiæ, &
 Omnipotentæ Maiestatem agnoscat & credat, necesse est.

XIII.

Horribili itaque & detestanda idolomania non caret Pa-
 pistica hæc Sanctorum mortuorum inuocatio; qua per prapo-
 sterum & Idololatricum zelum, cultum soli & vnico Deo
 competentem, nudis creaturis, quæ nec vbiq; præsentes, nec Exod. 20. v. 2.
 cordium & secretarum cogitationum scrutatrices, nec tacito- Esa. vlt. v. 1.
 rum gemituum consciæ, nec denique omnipotentes sunt, tan- Ierem. 23. v. 23.
 quam Dijs, tribuere non verentur: vetante Scriptura Deos alie- Psal. 7. v. 10.
 nos habere, solumque Deum, omnipræsensem, καὶ διογνώσιν, & 1. Reg. 8. v. 27.
 omnipotentem esse, plurimis in locis clamante. Ierem. 17. v. 10.
1. Paralip. vlt. v. 17.
Psal. 135. v. 7.

XIII.

Quòd namq; Sancti defuncti singulorum membrorum
 Ecclesiæ in terra militantis miseras cognitas habeant, indeque
 eripere possint, & propterea inuocandi sint, negamus.

XV.

Tu enim (inquit Esaias suo & populi nomine) Pater no- Esa. 64. v. 16.
 ster es. Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos. Tu autem
 Pater noster, & Redemptor noster es. A seculo hoc est nomen
 tuum. Quæ consequenter ad omnes alios Sanctos defunctos,
 Patriarchis hisce gloriæ cœlestis gradibus inferiores, spectare
 statuimus.